Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



surgens ministrauit illis. Cum
sol autem occidisset. omnes qui
habebant infirmos varijs
languoribus ducebant illos
ad eum. At ille singulis man
us imponens curabat eos. Exi
bant autem demonia a multis
clamantia et dicentia. quia tu
es filius dei. Et increpans non
sinebat ea loqui. quia sciebant
ipsum esse xpm. Facta autem die
egressus ibat in desertum locum.
Et turbe requirebant eum. et ve
nerunt usque ad ipsum. Et detine
bant illum ne discederet ab eis.
Quibus ille ait. Quia et alijs
ciuitatibus oportet me euan
gelizare regnum dei. offertorium
Emitte spm. Secreta. Vt accepta tibi sit
domine nostra ieiunia pia nobis qs
huius munere sacramenti pu
rificatum tibi pectus offerre. P.
Non uos relinquam orphanos Com.
Venio ad uos iterum alleluia et gaudebit
cor vestrum alleluia alleluia. Postcom.
Porrigat
nobis domine deus noster sancta
frequentemque quod eorum pietas actu
delectent et fructu. P. Dominica
infra pentecosten. Psalmus dominus. Postcom.
Deus qui caritatem nostram qs ora.
domine benignus exaudi.
et quibus supplicandi prestas
effectum. tribue defensionis auxi
lium. P. Lectio libri apocalipsis a.
Nobis illis. Vidi alium ang
tum de oriente habentem signum dei
cum clamore. et vox prima quasi au
dium tuba loquentis
mecum dicens. Ascende huc et osten
dam tibi que oportet fieri post
hec. Statim fui in spiritu. Et ec
ce sedes posita erat in celo. et
super sedem sedens. Et qui sedebat
similis erat aspectui lapidis ia
spidis et sardinis. Et iris erat
in circuitu throni similis visioni
smaragdine. et in circuitu se
dis sedilia viginti quatuor. et
super thronos viginti quatuor se
niores sedentes circumamicti ves
tibus albis. et in capitibus eorum
coronae aureae. Et de throno pro
cedebant fulgura et voces et to
nitrua. Et septem lampades
ardentes ante thronum que sunt
septem spiritus dei. Et in conspectu
sedis tamquam mare vitreum
simile cristallo. et in medio sedis
et in circuitu sedis quatuor animalia
plena oculis ante et retro.
Et animal primum simile leoni. et
secundum animal simile vitulo. Et tertium
animal habens faciem quasi hominis.
Et quartum animal simile aquile volanti.
Et quatuor animalia singu
la eorum habebant alas senas. et
in circuitu et intus plena sunt
oculis. Et requiem non habebant
die ac nocte dicentia. Sanctus.
sanctus dominus deus omnipotens qui
erat et qui est et qui venturus est.